



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

**Parisiis, 1644**

XV. De baptismo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15653**

pluribus, seu omnibus, si ad hoc omnes simul conuenire voluerint, cum moderata familia, cum quanta vnum pater eorum recipere consueuit, vnum prandium a rectore ecclesiæ recipient, iuxta facultates ecclesiæ moderatum: alioquin prandium ipsum per episcopum in certa quantitate pecuniæ æstimetur, quæ pecunia inter patronos omnes prædictos per episcopum vel alium de eius mandato diuidatur. Si quis vero patronorum contra statutum huiusmodi venire præsumperit, tamdiu iure præsentandi careat, donec rectori ipsi, aut successori eiusdem satisfecerit competenter, apud alios remanente, qui in obseruantia statuti huiusmodi minime deliquerit.

X V.

Sacri confectio chrismatis solis episcopis eorumque superioribus est concessa, & ab eis est annis singulis celebranda, a quibus etiam omnes ecclesiarum rectores in suis dioecesibus constituti nouum chrisma, iuxta præcepta Canonum, debent recipere, & concremato veteri, novo vti. Quia vero in obseruantia dictorum Canonum plerique se exhibent negligentes, statuimus ut clerici religiosi, & alii exempti & non exempti annis singulis chrisma nouum a suo dioecesano episcopo, vel ab eo qui ex officio suo tenetur illud distribuere, postulent & requirant: alioquin vtentes veteri chrismate in baptismo, ipso facto per sex menses a perceptione beneficij; negligentes vero in petendo, per tres menses, ab officio sint suspensi, exemptorum priuilegiis quæ circa hoc obtinent, \* super saluis.

\* f. sem-  
per